

PONTIFICIA COMMISSIO CENTRALIS
PRAEPARATORIA CONCILII VATICANI II.

Sessio diei : 22 JANUARII 1962.

SCHEMA CONSTITUTIONIS SEU DECRETI

DE DEPOSITO FIDEI PURE CUSTODIENDO
CAPITA VI et VII

DE ORDINE NATURALI ET SUPERNATURALI
DE SPIRITISMO ET NOVISSIMIS

PLACET : Oporteret in ordine supernaturali magis insistere, nam necesse est, praesertim his materialismi temporibus, omnes homines reminisci creatos a Deo et ad ordinem supernaturalem elevatos fuisse ac gratuito gratiae dono ad beatitudinem Dei assequendam indigere.

CAP. VII : DE SPIRITISMO ET NOVISSIMIS.

a) Perniciosa spiritismi praxis evocandi spiritus, horoscopiae et astrologiae, etiam inter catholicos in dies auget, cum falso non pauci existiment non esse peccatum a Lege Divina prohibitum.

b) Cum false doctrinae theosoficae a veritate catholica et a vita christiana animas avertunt, opportunum videtur doctrinam catholicam exponere damnando praexistentiam et evolutionem animarum, et docendo hominem (corpus cum unione ipsius animae) iudicium particulare definitivum post mortem subire et beatitudinem aeternam aut damnationem, iuxta opera, unica in vita peracta.

A l a p h r i d u s S i l v a S a n t i a g o .

Archiepiscopus Ssmae. Conceptionis.